Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



43 39

offendas ad lapidem pedem tuum Tractus Qui habitat in ad
iutorio altissimi in protectione dei cli commorabit ℣ Dicet do
mino suscriptor meus es tu et refugium meum deus meus spera
bo eum ℣ Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium et a ver
bo aspero ℣ Scapulis suis obumbrabit e et sub pennis eius spera
bis ℣ Scuto circumdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno ℣
a sagitta volante per diem a negotio perambulante in tenebris a
ruina et demonio meridiano ℣ Cadent a latere tuo mille et decem
milia a dextris tuis e autem non approximabit ℣ Quoniam angelis
suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis ℣ In
manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem
tuum ℣ Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leo
nem et draconem ℣ Quoniam in me speravit liberabo eum pro
tegam eum quoniam cognovit nomen meum ℣ Invocavit me
et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione ℣ Eripiam
eum et glorificabo eum longitudine dierum adimplebo eum et
ostendam illi salutare meum Secundum matheum ℟
In illo tempore Ductus est iesus in desertum a spiritu
ut tentaretur a diabolo Et cum ieunasset
quadraginta diebus et quadraginta noctibus
postea esuriit Et accedens tentator dixit ei Si
filius dei es dic ut lapides isti panes fiant Qui
respondens dixit Scriptum est non in solo pane
vivit homo sed in omni verbo quod procedit de
ore dei Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam
ciuitatem et statuit eum super pinaculum templi
et dixit ei Si filius dei es mitte te deorsum Scriptum
est enim Quia angelis suis mandavit de te et in
manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pe
dem tuum Ait illi iesus rursum Scriptum est Non
tentabis dominum deum tuum Iterum assumpsit eum dia